



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Apodixes, Sive Demonstrationes Tres Horrendarvm
Blasphemiarvm Ecclesiae A Calvino Reformatae, Circa
tres primos Symboli Catholici Articulos**

Bosendorf, Hermann

Monasterii VVestphaliae, 1608

Prima Thesis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35415

Quod autem intorquet carmen in Socie-
tatis homines, id verius elegantiusq; sic muta-
tum obiter leget:

*Non audet Stygius Pluto tentare, quod audet
Calvinista atheos, plenaq; fraudis anus.*

Aut vt ipsius in dicendo libertate vtamur,
sic poterit adhuc magis quadraari.

*Non audet Stygius Pluto tentare quod audet.
Vorstius effrenis, plenaq; fraudis anus.*

Sed ad rem, ad ipsas inquam theses nos ac-
cingamus, easq; primū integrè describamus,
mox à calumnijs etiam ineptijsq; mendacibus
Vorstij vindicemus.

PRIMA T H E S I S.

DEVM hunc Calvinus sibi, suisq; sc̄tatoribus
transformauit in Diabolum, prout è schola Lu-
theri Hesbusius, lib. de erroribus calu. è catu Cal-
vinianorum Castalio lib. de prædest. è Catholicis
Bellarm. Tom. 3. li. 2. c. 4. de amissione gratiæ &
statu peccati. Maldonatus, in c. 2. Matth. Beccanus
Disp. an Deus sit author peccati, diligenter ob-
seruārunt ac notārunt. Res dictum mira, sed probatu
non difficultis. Age enim, qui eādem Deum specie ac fu-
ligine depingit, qua deturpatus Lucifer, ex angelorum
pulcherrimo degenerauit in inferorum omnium te-
rrimum, an non Deum manifestè transfigurat, in
Diabolum? At verò depinxit Deum suum suorumq; Lu-
ciferi coloribus Calvinus. Quid enim? Sathanæ illæ in
scripturis sunt lineamenta, ac nota propriae hominum
mentes

mentes (positiue & voluntate actiua, non autem permisiva tantum) execare, inducere, suisq; mendacijs decipere. Gen. 3. 3. Reg. 22. Ioan. 8. eas ad proditio-
nes, rapinas, homicidia, extimulare, Ioan. 13. Osee
4. & 5. illis adulteria, incestus, & id genus fœda flagi-
tia inculcare. Luc. 4. Matth. 4. Act. 5. I. corint. 7.
Thess. 3. eas cribrare ac tentare. Luc. 22. Quicquid
horum est, suo impingit Deo Caluinus. Ille potissima
potentissimaq; causa est omnis omnino humanae dece-
ptionis; ut à quo omnis emanet efficacia erroris
1. Inst. c. 18. §. 2. ille fons & origo est vastationum, bel-
lorumq; omnium: ut à quo appareat certa desti-
natione Assyrios fuisse impulsos (Ibidem) ad
Iudeam igne ferroq; vastandam; ille conciliator &
perpetrator est vniuersæ insanda libidinis, ut qui de-
testabilem Absolonis incestum suum esse o-
pus pronunciet. Expressit omnia simul nulla verbo-
rum usus circuitione Princeps ac primipilus Calui-
nianorum Zwinglius ferm. de prouid. Dei ca. 6.
ad Cattorum Regulum scribens: Quando facimus
adulterium aut homicidium (*idem de alijs scele-
ribus est iudicium*) Dei opus est inotoris, autho-
ris, impulsoris. Expressit eadem Caluinizans Me-
lanthon in cap. 8. ad Rom. disertis verbis afferens:
adulterium Dauidis & proditio Iudee, ita
proprium est opus Dei; sicut yo-
catio & conuersio
Pauli.

SECVN-